

LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 62r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

aut mulier aut asinus denique natus esset: idem ipse plato non esset: ac
non illud ipsum: quod natus fuisset. Sed videlicet pythagore credidit: q
ut vetaret homines animalibus vesci: dixit animas de corporibus in aliorum
animalium corpora comeare: Quod et vanum et impossibile est: Vanum
quia nece non fuit veteres animas in noua corpora inducere: cum idem arti
fex qui primas alii fecerat: potuerit semper nouas facere: Impossibile: quia rec
tionis anima tam immutare naturam status sui non potest: quam ignis aut deor
sum niti. aut in transuersum fluuius modo flammam suam fundere. Existima
uit igitur homo sapiens potius fieri: ut anima: que tunc erat in platone:
in aliquod mutum animal includeretur: esset que humano sensu predita. ut
intelligeret ac doleret: incongruenti se corpore oneratam: Quanto sanius faceret:
si gratias agere se diceret: quod ingeniosus. quod docilis natus. quod in his opibus: ut libe
raliter erudiretur: Nam quod athenis natus est: quid in eo beneficii fuit: An
non plurimi extiterunt. in aliis ciuitatibus excellenti ingenio atque doct'
na viri: qui meliores singuli: quam omnes athenienses fuerunt: Quanta ho
minum milia fuisse credamus: qui et athenis nati. et temporibus Socratis in
docti tamen ac stulti fuerunt: Non enim parietes ac locus: in quo quisque est
effusus ex utero: conciliat hominis sapientiam: Quid vero attinuit socra
tis se temporibus natum gratulari: Num socrates ingenia dissentibus po
tuit commodare: Non venit in mentem platoni Alchibiadem quoque et
ericiam eiusdem socratis assiduos auditores fuisse: quorum alter hostis pa
trie acerrimus fuit. alter crudelissimus omnium tyrannorum:

Videamus nunc quid in socrate ipso tam magnum fuerit: ut homo
sapiens merito gratias ageret: illis temporibus esse se natum: Non
inficior fuisse illum paulo cordatiorem: quam ceteros: qui naturam
rerum putauerunt ingenio posse comprehendi: in quo illos non excordes
tantum fuisse arbitror: sed et impios: quod in secreta celestis illius prouiden
tie curiosos oculos voluerint immittere: Rome et in plerisque urbibus sci
mus esse quedam sacra: que aspicia uiris nefas habetur: Abstinent igitur
aspectu: quibus illa contaminare non licet: Et si forte non errore vel casu
quopiam uir aspexerit: prima pena eius: deinde instauratione sacrifi
cii scelus expiatur: Quid his facias: qui inconcessa scrutari uolunt: Ni
mirum multo sceleratiores: qui archana mundi et hoc celeste templum: pro
fanare impiis disputationibus querunt: Quasi qui edem veste aut
bone dee aut ceteris intrauerit: que penetralia quamuis adire uiris non lice
at: tamen a uiris fabricata sunt: Hi vero non tantum impietatis cri
men effugiunt: Sed quod est multo indignius: eloquentie famam et ige